



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Oratio Præparatoria.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

opus sit, ut melius disponamur
ad agendum cum Deo, ante quē
nemini temerē comparendum.

Oratio preparatoria.

Hisce peractis de impetrata
peccatorum venia confi-
dens, audeat oculos ad summam
Dei Majestatem erigere, & obli-
gationem suam, qua totum sese
gloriæ Conditoris impendere
tenetur, agnoscens, quāto potest
devotionis sensu orationem præ-
paratoriam subjiciet, qua gra-
tiam ab eo petat, ut omnes vires
atque operationes sincerē ad ejus
gloriam & cultum dirigantur;
sciat autem hanc orationem, quo
ad verba debere esse eandem in
meditationibus omnibus; quo

ad af-

ad affectum verò , maximo quo potest semper sensu faciendum.

Primum Prælude.

ORationi præparatoriæ statim succedat primum prælude, quo breviter in memoriam revocatur historia mysterii meditandi , ac si alteri cuiquam recensetur, absque ullo discursu, & hoc ut incipiat sese illi materia applicare ; & animam propinquius disponere, ut in singulis deinde ejus partibus maturè ponderandis, & bene penetrandis ipso meditationis tempore facilius consistere possit.